



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 23. Oratores Eugenii Papæ in Congregatione audit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

fidem
is sibi
ante-
tenten-
finem
ancis-
tisbo-
m Ci-
1 in i-
um in
ogni-
pote-
dictas
ramen
unge-
cauf-
judi-
d ple-
tene-
d de-
onun-
i des-
ante;
at, ut
terea
orum
d Sy-
is iis,
s Sy-
amen
caus-
re li-
itata

mitata erat. Tandem prohibuit Syno- Sæcul. XV.
dus, ne ullus, qui huic Concilio vel per A.C. 1432.
se, vel per procuratorem junctus esset, ad
Romanam Curiam, aut ad quemcunque
alium judicem extra Concilii locum evo-
caretur, vel lite semel mota invitus tra-
heretur. His ita statutis absoluta est
Sessio.

§. XXIII.

Oratores Eugenii Papæ in Congre- gatione audit.

Die vigesima tertia Mensis Augusti ha-
bita est Congregatio Generalis, in
qua Eugenii Pontificis Legati non ita
pridem Basileam delati audiebantur. Hi
quatuor erant numero, scilicet Andreas
de Constantinopoli Colossensis Archiepis-
copus, Joannes Tarentinus, Bertrandus
Magalonensis Episcopus, cuius sedes po-
stea Montispessulanum translata fuit, &
Antonius Sacri Palatii caffarum Audi-
tor. Accessere omnes hanc Congrega-
tionem, ac primo quidem Andreas pro-
lixo admodum sermone schismatis mala,
pacisque stabilis emolumenta extulit,
hortatusque, ut concordiam unacum Ee-
clesiæ Capite amplectentur; hac enim
via Græcos facilius reconciliari, Hūffitas
certius ad fidem revocari, moresque Cleri-
corum felicius emendari posse ajebat. In a-

D 4

lia

Sæcul. XV. A.C. 1432. lia Congregatione die vigesima quinta e-
jusdem Mensis habita Joannes Tarentinus
de supra, eaque necessaria Pontificis
auctoritate differuit, exposuitque, Euge-
nium justis ex caussis ad dissolvendam Ba-
fileensem Synodum motum fuisse, ac so-
lius Pontificis esse de loco, & tempore
celebrandi Concilii decernere, neque il-
lum cuiquam mortalium in ejusmodi re-
bus subditum esse; quibus subjunxit,
Papa quam ardentissime exoptari, ut Sy-
nodus celebraretur, qua Græci ad Eccle-
siæ unionem, Hussitæ vero ad Christi fi-
dem reducerentur, morumque disciplina
revocaretur; cum vero eundem, quo mi-
nus Italiam desereret, non modo adversa
ejus valetudo, sed alia etiam, eaque gra-
vissima impedirent negotia, ideo ab illo
offerri quemcunque alium locum Eccle-
siæ dominio subjectum, ejusque electio-
nem Concilii arbitrio relinqui; Papam
vero policeri, se confestim illuc profectu-
rum, seque præprimis omnibus inhæsu-
rum, quæcunque Synodus circa emen-
dationem suæ Personæ, vel ceterorum
Romanæ Curiæ membrorum, Præsu-
lum, aut Officialium, si qui forte corre-
tione indigerent, decretura esset.

§. XXIV.